



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem  
omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S.  
Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum  
triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 3. Mortem Christus pro te pertulit in particulari; vt autem illam pro te in  
singulari offerret, seceßit in hortum oraturus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53092](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53092)

hoc modo pati voluerit, quò pariter dispo-  
neret, ut semper pateris esset: mors eius & passio, con-  
servata de referata mihi ad salutem, ac si non  
semel, non bis, sed decies milles eandem pro  
me in singulari pateretur? An plura pro me fa-  
cere potuit eius omnipotentia? An passio illius  
plis in meum proprium ac singulare beneficium  
inque utilitatem valuit operari? Hinc in electis  
perpetue laudis oritur occasio, quæ de visceri-  
bus cordis eorum incessanter grata profiliet sa-  
pe sapientium illud repetendo, quod D.  
Ioannes audiuit in cælo ab eis illi decantari:  
*Veni mihi nos Domine Deus in sanguine tuo. Di-  
gnus es Agnus, qui occisus es, accipere virtutem,  
& fortitudinem & diuinitatem, &c.*

Contra verò reprobi furiose rabido in seip-  
sos exardescunt, suamque execrabuntur peri-  
cacia, euidenter cognoscetes, quam iusto inant  
supplicio, & quam merito flammis abdicantur  
sempiternis, nec non omnes creaturæ, ac inferni  
ecodæmones cum omnibus tormentis, ignibus,  
excubiis in eos exardescant totaque rabie for-  
tissimos, qui tantam neglexerunt, imò contempse-  
rant gratiam, tantam aspernati sunt obdurati  
misericordiam, innocentem hunc calcârunt san-  
guinem, tan acriter & inhumanè eum offende-  
re, atque in eum insurgere veriti non sunt, à quo  
boni ac misericordis cumulati non poterant  
emancipari. Hic omniis liquido patebit,  
quàm merito culpabilis fuerit eorum negligen-  
tia, cum enim Dominus hic nectum in eorum  
salutem seculari hoc diuinitatem Passionis suæ  
columen, sed illum insuper ita sibi præsentem  
summerit, ac si semper eam pro singulari in par-  
ticulari toleraret, & quasi crucifixus cum extre-  
mus mortis inclaretur doloribus, ac spectante  
vnoquoque eorum, sanguinem suum effunderet  
periclitum: scordes hinc non attenderunt, ad  
eum obduratæ de clamores, aures gemitibus eius  
occluserunt, dolores, promissa vilipenderunt,  
peritiam ita ineffabile nocet habuerunt, terga  
vertente illi peritioses, qui brachijs eos aper-  
tis longanimitas exspectabat. Hic luce clariùs  
quicque magnitudinem huius capiet beneficii, &  
qualiter pro singulari fuerit collatum: insuper  
quantam quisque illi gratitudinem debeat, eam-  
que adeo perfectam, ac si in eius solius gratiam  
fuisse hoc operatus.

§. 3. Mortem Christus pro te peremit in  
particulari; ut autem illam pro te in sin-  
gulari offerret, suscepit in hostium oratu-  
rus.

**H**oc idem facilius intelligitur insidendo  
ei quod ex D. Ambrosio copiosius ex-  
penderet: dum enim Pater ille benignissi-  
mus in gratiam recepit filium illum opum pro-  
digium paternarum, impudicitie omnis & lu-  
xuriae turpissimum volutabrum: uedum decre-  
uit ut vitulus occideretur saginatus, sed insuper  
ad mensam hic proferretur comedendus: *Occidit  
vitulum saginatum, &c. & epulemur*: quò no-  
bis Dominus innuit, quòd quatenus nos sibi re-  
conciliaret, commissa in se remitteret peccata,  
ad suam admittet gratiam, nedum decreverit,  
ut Christi mors interueniat, per quam nos re-  
conciliat: *Reconciliati sumus Deo per mortem fi-  
lij eius*: Sed etiam illum in Venerabili Sacra-  
mento comedamus: quatenus præter ineffabilia  
beneficia, quæ recipimus: & diuinos effectus  
quos in nobis operatur, hinc magnitudinem in-  
telligamus beneficii, quòd nobis omnibus con-  
tulit, & singulis per mortem suam & passionem.  
Instituit Christus hoc sanctissimum Sacramen-  
tum in memoriam ineffabilis beneficii, quò nos  
per ipsum affecit: nam ex illo cognoscetes, quàm  
ardenter voluerit ut illius perpetuum gereremus  
memoriam: quandoquidem tam mirabile, & ex-  
tera eius superans opera, fuerit hoc Sacramen-  
tum quòd nobis reliquit, in immortalē passio-  
nis suæ, mortisque recordationem: quòd ipsum  
Dominus asseruit: *Hæc quotiescumque feceritis  
in mei memoriam facietis*. Ex quo D. Paulus con-  
cludit hanc propositionem & exhortationem: *24.  
Quotiescumque manducalitis panem hunc & ca-  
licem bibetis, mortem Domini annuntialitis*. Ver-  
bis paucis complexus est hoc D. Thom. *O sa-  
crum Communionis in quo Christus sumitur, reco-  
llitur memoria Passioni eius*.  
In hoc admirabili Sacramento, quamuis, ca-  
nente David, omnia Dei comprehendantur mi-  
rabilia, tamen vnum Reperimus singulare: quòd Singula-  
eo modo hoc ordinauerit in beneficium omni-  
bus in communi, ut etiam hoc sic in particulari dam con-  
diderit vnicuique: ac si pro illo solo fuisset ditio ve-  
nistrum. Sic totum omnibus, quòd totum sin-  
gulis. At præfatus S. Doct. prærogatiua quadam Sacra-  
mentis ad eius explicationem illustratus. Sic se acuti-  
res habet; etiam si tantum ac præcisè hoc tui-  
gratia



gratia instruxisset, non maiore te diligeret affectu, nec maius tibi bonum optaret, nec magis te presentem oculis suis haberet, nec quidquam amplius tibi concederet; sed nec aliquid amplius tibi superest erogandum. Idem fit intellectus de Passione Domini: nec hoc ignores, hoc vnum inter cetera praefulsiſſe prodigium, ita Deo propitium, ut eius solius omnipotentia, infinita sapientia, ac immensa bonitate fieri potuerit quod tali modo tota prodesset omnibus, ut tota prodesset singulis in particulari. Sic totum omnibus quod totum singulis.

II. Eadem Christi passioni applicatur.

Gal. 3. 13. Deut. 21. 21.

Idcirco praeter alias rationes vocatur ab Ecclesia Passio Christi, beata, quando mysterium hoc in missa celebrantes, dicimus: *Vade & memores Domini, nos serui tui tam beatae passionis*; & in aliis quibusdam missae orationibus, oramus: *Filius tui beatae passionis nos preparas*. Beata? male dicta potius videtur dicenda: quandoquidem per istam factum est illud, quod ait Apostolus: *Christus factus est pro nobis maledictum*; & probat hoc: *Quia scriptum est. Maledictus omnis qui pendet in ligno*.

Cruce autem nihil aliud erat, quam sententia quaedam & eloquia miseriarum. Porro certissimè conuenit illi nomen: *Beata*. Primum: si causam eius inspiciamus, dici potest gloriosa, pro ut in Dominica Passionis probauimus. Secundò: quia ex ea tota pèdet gloria & beatitudo Sanctorum, velut ex causa. D. Gregor. culpam Adæ vocat felicem: *Felix culpa*, idcirco tantum quòd occasio fuerit, nos talem habuisse Redemptorem, qualem habuimus, vsempe filium Dei. Quòd si tantum ratione talis hont, licet in se mala esset, tale nomen illi quadret, beata: quanto magis nomen, beatae, passioni conuenit Saluatoris: quia non est occasio, sed causa vera totius gloriae, aeternaeque beatitudinis? Tertio: quia passio est quae participat & includit virtutem Dei, eamque efficit eo modo ac forma quae beatitudinem.

III. Est tota in omnibus & tota in singulis.

Hanc autem, inquit Apostolus, eo modo Deus operatur, ut sit ipsa. *Omnia in omnibus*: quamuis enim beatus omnibus tribuatur beatitudo in communi, hoc tamen ita fit, ut (licet cum differentia iuxta merita singulorum) quaedam singularitate sit tota in singulis eorum in particulari, ac si solum in eo fieret: nec enim Deus illum amplioribus dotaret diuitiis, non maiori prosequeretur affectu, non distinctius illum cognosceret, non diligentiorè de eo Deus curam susceperet, si ipsi soli, & non alicui alteri communicaretur. Hoc idem de Christi

Passione sententiandum. *Est omnium in omnibus*. Quòd quid enim in ea passus est, totum tui gratia factum est, totumque pro tuis impensum est. Sceleribus abluendis, ita in singulis, ac si solus tu in mundo fuisses, non esset magis pro te, nec offerretur, quantum est ex parte ipsius maiori affectu pro te, nec feruentius te diligeret, quum cum pro cunctis offerretur. Hòc dictò sciendum tibi est, quòd Christus patiens non solum omnes homines summatim & in communi asperit (a), eorumque peccata quasi in conuulsum redada: sed in particulari te, te, te vidit, me vidit, suosque diuinos coniecit oculos in tua propria peccata, omnia & eorum singula intueus cum omnibus, eorum circumstantiis & qualitatibus ita in particulari, & distinctè, ac si ea sola in mundo essent, & pro illis solis pati deberet. Nec iam ad eorum remedium consideratis ea quae dixi singulis itate, mortem acceptauit, applicauit, & obtulit aeterno Patri. Atque de hoc Domino ac Redemptore nostro iam patienti cum D. Aug. dicere possemus. *Cum cunctis praesideas, cunctarum curam agens, sic grassas mors, semitaque consideras*; & *super custodiam meam vigilas, veluti si te ius retatur a tua casti & terra solitus, totum me solum considerares*; & *nihil sit tibi cura de aliis*, &c. Totus tu totum me semper consideras, ac si nihil aliud considerare haberes. Sic super custodiam meam ius: *beas si omnium oblitus sis, & mihi soli intendere uolitis*.

Non hoc tantopere mysterium admireris, licet admirabile. Eò usque in moralibus ars ascendit, ut pictor valeat depingere imaginem Christi crucifixi ita numeris omnibus, coloribus, & lineamentis absolutam, talique intuitu, ut omnes in communi conuicta, videantur nihilominus singulos ita in singulari conspiceret, ut indices tu, & affines quòd te solum aspiciat, & quocumque te vertas, aut vadas hoc sentias, quòd in te solum suos firmet oculos, nec vel momento quidem alio diuertat, alteri verò idem videtur. Quanto magis hoc poterit operari, & in se complecti ipse Christus imago Dei viva, in quo non solus ipse, cum suis omnibus perfectioribus infinitis representatur, sed etiam omnes creaturae, imò & quotquot creati possibiles, perfectius quam in se sunt, representantur. Imago hac caelestis in mundissimo nosse humanitatis depicta linteo, illique personatè vnita, in cruce exaltata, atque clausis coarctata, eo modo diuinae misericordiae suae oculos in omnes homines in communi defixit, ut eos in singulos eorum ita direxerit in particulari, singulos intueas, & om-

al. est  
geria.  
Ap.  
V.  
ad bo  
focum  
sua M  
mura  
IV.  
Simil  
tude.  
VI  
Eti  
quon  
sua  
dicit



et omnia eorum peccata consideras in singula-  
ri, ita specifice et hic optime quadret illud de  
platenno. De preparato habitaculo suo seipexit su-  
per omnes, qui habitant terram, qui fixit sigilla-  
tionem cordis tui, qui intelligit omnia opera eorum.  
q. d. In omnibus Passions suæ mysteriis possi-  
mum potest exaltatus in cruce, eo modo cunctos  
homines inuenerit & considerat, vt oculos suos  
dirigit & desigat in vnumquemque sigillatim,  
atque in opera particularia singulorum in par-  
ticulari.

Quoniam iocirco Deus illum ostendens Za-  
charie in figura lapidis affabre expoliti plenum  
monstravit oculis. *Sepit oculi super lapidum vnum.*  
Numerus septenarius, ex mente D. Greg. denotat  
vniuersitatem: vnde idem est, septem oculi, ac  
plurimi. Simili modo cum Deus ostenderet D.

Apoc. 4. hanc Evangelium agnoscit quasi occisum, eun-  
dem vidit ipse cum multis oculis, quibus totam  
contemplabatur terram. Nulli melius multi con-  
ueniunt oculi quam illi, qui multa debet in par-  
ticulari attendere, & quid attendit. Hinc cau-  
te intelliges cur Christus ante Passionem suam  
secesserit in hortum ad solitudinem oratoris.

Et discessit consideraturus, & attendens, omnes  
homines in communi, & singulos eorum in par-  
ticulari vt te distinctius non ego videam, quan-  
do solus meo obiectis obocui, cum que in te  
solus dirigo, quam ipse in horto te vidit, tuaque  
omnia peccata, mortalia & venialia, & vniuersa  
que eorum ita singillatim, vt ipse tu ea distin-  
ctius non consideres, cum ipse tu ea commiserit;  
quoniam per hoc dignissimum hoc offerret suæ  
Passionis, sanguinis mortisque sacrificium in ara  
Crucis necum in communi, sed pro singulis in  
particulari ac nominatim, & pro scelentibus eor-  
um particularibus ita diuisim ac distincte, ac si  
pro singulis tantum eorum seipsum Deo ho-  
liam consecraret.

Summus hic artifex vt prudentissimus egit sa-  
cerdos, qui quod debet suæ satisfaciatur obliga-  
tioni, priusquam accedat ad altare ineffabile hoc  
Missa sacrificium oblaturus, imo priusquam sa-  
cris inueniat vestibus, se recolligit, & ad locum  
secedit separatim & quietum, vt memoriam re-  
cordat non tantum fidelium in generali, sed etiam  
eorum singillatim, pro quibus nominatim diuinum  
hoc vult offerre sacrificium, & eorum necessita-  
tam in particulari, nec non omnium votorum  
quæ in se continetque particulariter. Ita celestis hic  
artifex summusque egit Pontifex, antequam ad aram  
sibi in cruce accederet, in qua sacrificium erat offeren-  
dum, deum suum priusquam vestimentis ad hoc induer-

etur, amictu in domo Caiphe, v'o nimirum  
quo passus est sibi oculos obocuiari. Alibi in pala-  
tio Herodis, qui veste candida indutum illucit &  
remisit ad Pilatum cingulo vinculorum, quibus  
eum columnæ alligauerunt in prætorio Pilati:  
manipulo funium, quibus sacras illi manus ad-  
strinxerunt: holla, restium, quibus illi colligati-  
cum dederunt: caluam purpuræ, quam illi iniece-  
runt, vt docerent crucifigendum in ædibus Pi-  
lari: ad locum secedit solitariæ & à turba se-  
motum ad hortum Gethsemani: hic solus ora-  
toris se subtrahit à discipulis: vt singularem in-  
ceat memoriam, & Memento quoddam anticipa-  
tum, oculos ediciens in omnes illos, pro quibus  
hoc Missæ sacrificium erat oblaturus, necum in  
generali, sed ita in particulari, vt ibidem occur-  
terint illi omnes homines, videritque singulos  
nominatim, & omnia singulorum peccata in par-  
ticulari pro quibus æterno Patri diuinam hanc  
hostiam Sacerdos immolabat. Et hoc multo præ-  
clarissimum cum eum Sacerdos noster terrenus, ho-  
mo sic infirmus, tenui prædictus intellectu, futuri  
anticipat Memento: quia postmodum illi tem-  
pus non sufficere iudicat quod faciat illud ita par-  
ticulariter, tantoque quanto desideraret, affectus.

Potest Redemptor nollet non tantum hoc Me-  
mento fecit, dum solitariæ orare in horto ante  
Passionem, sed in tota illa, atque in singulis eius & in sin-  
gulis adibus omnes homines habuit presentes in conti-  
nenti, & singulos in particulari, sic vt nunquam  
obliuisceretur, nec te momento temporis non  
consideraret nominatim, tuæque singularia peccata,  
seipsum offerens in tui eorumque reme-  
dium. Hoc concessit tui in particulari, & ego &  
quotquot in hoc mundo vstitis tantum debetis  
Saluatoris nollet passioni, ac si pro vobis illam  
petuisset, eiusque sanguini ita debitores estis,  
ac si pro vobis solis illum omnem effudisset: at-  
que de omni hoc stridam à vobis exigit ratio-  
nem: quam gratias illi fuerit, quibus pietatis  
obsequis illi responderis, quem fructum meliore  
sanctiorque retuleris ex tam caro remedio, tam  
diuine thesauri, tam effice: ei coelli que medici-  
na, tanto Dei impendio procurata, eiusque san-  
guinis ac vix pretio, vt tibi possit prædicere  
quod Iudæis. *Veni super vos omnia sanguis iustus: Matt. 23.*  
Quid plura iam declarauit quod eorum omnium 35.  
quæ tibi liberalis concessit, lenem sit exaciu-  
tus rationem. *Cui commendauerunt multum, plus  
petent ab eo. Apud quem iustitiam. Tu videris quæ  
Lac. 12. 48.*  
item pro talibus benigne inuenit, & donique  
lis rationem prolaturus.

VII.

Insuper  
in sin-  
gulis pas-  
sionis a-  
ctibus.

48.